



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1858

CCV. Der Rath zu Stendal befreiet ein Haus, worin die Küsterei der Marienkirche verlegt ist, von bürgerlichen Abgaben und Wachdiensten, am 12. Januar 1362.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

cum aliis dicte ciuitatis inhabitatoribus prenotatis, ut eandem villam cum redditibus sepius replicatis in quoscumque pios usus ecclesiasticos vel seculares pro ipsorum necessitate conuertere possint presentibus liberam concedimus facultatem, Renunciantes et nos omnibus et singulis iuribus et impetitionibus, que nobis ac nostris heredibus competeant in premissis aut competere quomodolibet poterunt in futurum. In cuius rei euidentiam clariorem sigillum nostrum presentibus est appensum, presentibus Reuerendo in Cristo patri ac domino, domino Heinrico, ecclesie Lubuzensis episcopo, strenuis quoque uiris Iohanne de Pufen, Iohanne de Rochow, militibus, Gunzelino de Bertensleue, Hinrico de Sculenborgh, Henningo de Ecstede, Nycolao de Bismarke et Hinrico Gotbergh cum pluribus fide dignis. Datum Spandow, anno domini millesimo tricentesimo sexagesimo, dominico die proximo post diem decollationis beati Iohannis Baptiste.

Nach dem Originale des Stendalschen Rathesarchives No. 112b.

CCV. Der Rath zu Stendal befreiet ein Haus, worin die Küsterei der Marienkirche verlegt ist, von bürgerlichen Abgaben und Wachdiensten, am 12. Januar 1362.

Vniuersis et singulis presenciam percepturis Nos Consules ciuitatis Stendal cupimus fore notum, quod domum sitam circa scolas, que attingit Cymiterium sancti Iohannis, libere ab omni Exactione et vigilia ad Custodiam ecclesie sancte marie virginis erogauimus et presentibus erogamus, pro eo, quod domus in parua paludis platea sita ad Jura Ciuitatis est restituta, que quondam ob nostri conciuis wilhelmi de ostheren instanciam ad predictae ecclesie custodiam libere fuit erogata, ut custos, qui dictam domum inhabitaret, cum plebano vel eius vices gerenti taliter ordinaret, quod quando fidelium defunctorum nomina debitis temporibus recitarentur ex littera, ut et tunc dicti Wilhelmi cum eisdem ageretur memoria. In huius rei euidentiam testimonium et argumentum Sigillum nostre ciuitatis autenticum, tergotenus paruo signatum, presentibus est appensum. Datum et Actum Anno domini M^o. CCC^o. Sexagesimo secundo, feria III. infra Octauam epiphanie.

Nach dem Originale im Pfarrarchive der Marienkirche No. 3.

CCVI. Markgraf Ludwig d. R. verspricht der Stadt Stendal, sie von der seinem Bruder Ludwig d. R. geleisteten Huldigung zu befreien, am 28. Januar 1362.

Wi Lodewich die Römer, von Gods Gnaden Marggreve tu Brandenborch vnd tu Lufitz, des heiligen Römischen Rikes overste Kemerer, Phallantcz Greve bie Ryne vnd hertoge in Beyern, bekennen vor vs vnd vfen lyven Bruder, heren Otten, Marggreven tu Brandenborch, darumme dat die Stat tu Stendal vs beiden vnd vfen Erven rechte erfuldunge gedan